

Zur Charakteristik des Cardinals Humbert von Silva Candida.

Von K. Francke.

I.

In dem Codex 292 (s. XI) der Berner Stadtbibliothek befindet sich auf f. 72 unmittelbar hinter einem Bruchstück der *Altercatio Lanfranci contra Beringerium*, und von derselben Hand geschrieben, folgender Brief.

Humbertus Eusebio. Pro absente nostro papa et venerabili apostolico consultationi tuę breviter respondeo, partim occupatus ecclesiastico negotio et privato, partim non permissus a nuncio tuo. Doleo ergo cordis ab imo, quod hinc inde veniat apostolicę sedi de te non bona opinio et quos novos partus immo dolores super novę hereseos energia diceris catholicę matri jam post mille et eo amplius annos de eucharistia afferre et post tam apertam et manifestam fidei veritatem nunc demum antiquum statum christianitatis nubilosis et ambiguis argumentacionibus confundere vel deflectere. Si enim prudenter advertisses, quod dominus, qui te ecclesię suę prefecit, non per sophystas seu aristotelicos, sed per simplices et idiotas ecclesiam suam per omnes gentes fundaverit et diffuderit, non tot et tantos motus et gemitus viscerum Christi super te concitasses, ne cum Berengero tu (ah pudet) stercorianista dici et agnominari, sicut Francigenarum scripta que ad nos pervenerunt edocent, meruisses. Quin etiam recordare illius scripti tui ad Gervasium¹⁾ quod in manibus habemus, in quo inter alia quę pompaticę declamasti dixisti: non parum carceri tuo contulisset, si nichil irrationabile, si nil frustrandum apostolicus attemptasset, quando non minus inconsiderate, si pace illius hoc dici liceat, quam episcopos reordinaverat, Johannis Scoti libellum concidisset²⁾. Quod absit, ipsum dominum nostrum

1) 1036—1055 Bischof von Le Mans. 2) Lanfranci liber de corpore et sanguine Domini (Bibl. max. patr. XVIII, p. 765 F) c. 4: In qua (i. e. in synodo Vercellensi) in audientia omnium Joannis Scoti liber de eucharistia lectus est ac damnatus.